

Re vera ambo episcopi demum a. 1075 in Roma commorati sunt, ubi in synodo lis eorum determinata est, cf. n. *54. A. 1074 solum Iaromirus-Gebhardus Romam venit, cf. supra n. *44-*46.

*54

Roma 1075 febr. 24-28

Synodo in basilica sancti Salvatoris congregata lis de quibusdam decimis et curtibus inter Iohannem Moravensem et Geboardum Bragensem episcopos ibidem praesentes determinata est.

Laud. in n. 55.

De synodo cf. Meyer von Knonau Jbb. Heinrich IV. t. 2, 451-459, de lite ibid. p. 458sq.; Hilsch Familiensinn (1991) p. 226 et novissime Gresser Synoden p. 139.

55

Roma 1075 mart. 2

Gregorius VII: notum facit, qualiter lis inter Iohannem Moravensem et Geboardum Bragensem episcopos de quibusdam decimis et curtibus per pactionis convenientiam in apostolica sede determinata sit in secundo sui pontificatus anno in basilica Salvatoris multis fratribus et supradictis episcopis praesentibus (n. *54); refert de diffinitione causae cum consilio fratrum suorum facta, ita ut omnia, de quibus inter eos contentio foret, per medium dividerentur, termino etiam decem annorum praefixo, ut proclamandi et consequendi ius habeant; hoc ab omnibus inviolatum fore praecipit. - Quoniam ad memoriam. Dat. Romae 6 non. mart., ind. 13.

Registrum Gregorii VII (Reg. Vat. 2) f. 78; lib. II n. 53. - *Laud. verisimile in Cosmae Chron II* 31 (ed. Bretholz p. 127; *Font. rer. Bohem. II* 108). - *Edd. (A. Carafa) Epist. Decretal. III* 658 n. 53. *Binius Conc. gener. III* 2, 1195 n. 53. *Conc. coll. reg. XXVI* 184 n. 53. *Balbinus Miscellanea I* 6, 8 n. 6. *Labbe Conc. Coll. X* 108. *Lünig Reichsarchiv (XXI) Spicilegium ecclesiasticum Cont. III* 128 n. 122. *Dumont Corps universel I* 1, 51. *Lünig Cod. Germaniae dipl. I* 955 n. 4. *Dobner Annales V* 447. *Mansi Conc. coll. XX* 166 n. 53. *Boczek Cod. dipl. Morav. I* 158 n. 178. *Jaffé Bibl. II* 171 n. 53. *Migne PL* 148, 405 n. 53. *Friedrich Cod. dipl. Bohem. I* 78 n. 75. *Caspar in Mon. Germ. Epist. sel. II* 1, 197. - *Regg. Georgisch Regesta col. 420 n. 1 et col. 421 n. 2. Erben Regesta I* 67 n. 155. *J. 3691. JL. 4934.*

cf. etiam Olomouc, Episc. n. 33. - De re cf. Meyer von Knonau Jbb. Heinrich IV. t. 2, 458sq.; Novotný I 2, 167-170; Grudziński Polityka (1959) p. 63-65; Hilsch Familiensinn (1991) p. 226; Cowdrey Pope Gregory VII p. 450; Gresser Synoden p. 139.

56

Roma 1075 april. 17

Gregorius VII Wratizlao Boemiorum duci inter alia: monet, ut nullius litis scandalum in suo regimine versari permittat, praecipue inter ipsum et fratres eius et Bragensem et Holomucensem episcopos.

v. Bohemia, Duces ac reges n. 38.

57

Roma 1075 april. 17

Gregorius VII universis in Boemia constitutis maioribus atque minoribus: relatione episcoporum patriae eorum limina apostolorum visitantium i.e. Geboardi Pra-

gensis et Iohannis Moravensis accepta (n. *52) eos commonet, ut pacem inter se constituant, non solum clerici, sed et laici castitatem servent, decimas Deo fideliter dent, ecclesiis debitum honorem impendant, elemosinis atque hospitalitati devote insistant.

v. Bohemia, Duces ac reges n. 39.

58

Roma 1084 mart. 31

Heinricus IV a Clemente III (i.e. Wiberto) in imperatorem coronatur, praesente inter alia Gebehardo episcopo Pragensi et regis cancellario.

v. Regnum et Imperium (Mon. Germ. Dipl. Heinrici IV n. 356; JL. I 651).

Cum Gebehardus diploma supra laudatum, episcopus et cancellarius' recognovisset, non dubitamus, quin et coronationi Heinrici IV interfuerit; cf. etiam Stoller Councils p. 282; Gresser Synoden p. 226. - De re cf. Meyer von Knonau Jbb. Heinrich IV. t. 3, 534 cum adn. 13 (ubi de fontibus).

*59

Mainz, St. Alban 1085 mai. 4-10 (?)

(Clementis III i.e. Wiberti) legatis - Iohanne episcopo Portuensi et aliis duobus cardinalibus (Hugone Albo presbytero tit. s. Clementis et Petro quondam cancellario, nunc presbytero tit. s. Chrysogoni) - atque Heinrico IV imperatore nec non inter multos episcopos Gebehardo episcopo Behemensi de Praga praesentibus, post albas secunda ebdomada Wezelinus Moguntinae ecclesiae archiepiscopus una cum Eliberto Trevirensi et Sigevino Coloniensi praesidet synodo, quae inter alia Gregorii VII depositionem et Clementis III ordinationem approbat episcoposque Gregorii partibus faventes damnat; pacem Dei constituit.

v. Regnum et Imperium (laud. inter alia in Libro de unitate ecclesiae conservanda II 19, *Mon. Germ. Lib. de lite II* 235sq. ed. Schmale-Ott [AQ 12b. Darmstadt 1984] cum versione germanica p. 448); *Mainz Archiepisc. n. *181, Germ. Pont. IV* 112; *ibid. etiam de aliis fontibus, editionibus, operibus et de tempore; Paderborn, Episc. n. *35; Verden, Episc. n. *20, ibid. V 1, 30. 210; Hildesheim, Episc. n. *57 et Halberstadt, Episc. n. *53, ibid. V 2, 38. 227; Bremen-Hamburg, Archiepisc. n. *104, ibid. VI 66; Köln, Archiepisc. n. *204 et Essen n. ?*5, ibid. VII 73. 228; Trier, Archiepisc. n. *151, ibid. X 78.*

De re et fontibus Meyer von Knonau Jbb. Heinrich IV. t. 4, 21-25. 547-550; Hauck III 844-846; de tempore et de legatis cf. Schumann Legaten p. 60-63; Hüls Kardinäle p. 119. 159. De synodo cf. nuper Ziese Wibert p. 107-117; Gresser Synoden p. 246-252 et opera ibi laudata.

*60

(Mainz 1085 mai.-1086 april. 29)

(Clementis III i.e. Wiberti) legatis (Iohanne episcopo Portuensi, Hugone Albo presbytero tit. s. Clementis et Petro quondam cancellario, nunc presbytero tit. s. Chrysogoni) atque Heinrico IV imperatore praesentibus Gebehardus episcopus Pragensis conqueritur, quod Pragensis episcopatus, qui ab initio per totum Boemiae ac Moraviae ducatum unus et integer constitutus et tam a papa Benedicto (n. *3) quam a primo Ottone imperatore sic confirmatus est, postea sine antecessorum suorum suo-